




PALAEASTRA LATINA



S U M M A R I U M

- CORNU, CORNUS, CORNU: (E. Jové).
NUNC DIMITTIS: (L. Fanlo).
CURSUS GYMNASTICUS: (M. López).
CONLOQUIA IN SCHOLA: (A. M.).
CLARETIANARUM DISPUTATIONUM: (D. García).
NOVA ET VETERA: Horologium. (I. González).
ADNOTATIONES RETHORICAE: (H. Martija).
EXERCITATIONES SCHOLARES.
PER ORBEM.
BIBLIOGRAPHIA: (A. Mussoll).
In operculis: Ludite in PALAEASTRA, pueri!

Ludite in PALAESTRA, pueri!

Mi casa paterna

Lo primero, se entra en un corredor (1) ancho y bien iluminado, reducido un tanto (2) por los sacos de trigo y harina allí dispuestos para los diarios menesteres (3). A la izquierda está la cocina, cuya puerta abierta de par en par (4), permite (5) ver una mesa y comedor. Son los únicos adornos de esta pieza (6) una mesa de pino, algunas sillas y uno de esos viejos aparadores (7) de múltiples divisiones, con numerosos cajones (8) y anaquiles (9), obligada herencia de todas las casas antiguas y que el gusto moderno (10) viene a remozar al buscarlos. Del comedor se pasa a un salón (11) de dos ventanas; una da (12) al corral; la otra, la del norte (13), al jardín. Una escalera, en un principio, de madera y que mi padre sustituyó (14) por otras de piedras toscamente labradas, conduce al único piso (15) con unos diez cuartos (16), abiertos a lo largo (17) de oscuros corredores.

Tal es el interior (18) de esta casa que tanto tiempo nos arrulló (19) en sus muros sombríos y cálidos.

(1) *Ambulacrum..* (2) *Tantillum.* (3) *necessitas.* (4) *prorsus expansus.* (5) *síno.* (6) *locus* (7) *armarium.* (8) *loculi.* (9) *scrinium.* (10) *recens.* (11) *aula.* (12) *vergit.* (13) *quae est in austro.* (14) *subfice-re.* (15) *contignatio.* (16) *cubiculum.* (17) *in longitudinem.* (18) *pars interior.* (19) *demulceo.*

La mentira no tiene pies⁽¹⁾

Un mandarín (2) robó el caballo a un indio, y éste lo reclamó ante la justicia (3). No encontrando el indio muy propicio al juez, se le ocurrió una estratagema (4) que le dió muy buen resultado (5). Tapó al punto la cabeza del animal con una manta y dirigiéndose al mandarín le preguntó delante del juez «Decidme: ¿de qué ojo era ciego (6) nuestro caballo?» El ladrón, viéndose cogido (7) y no sabiendo qué responder (8) se descolgó con lo primero (9) que se le ocurrió y así contestó con mucho aplomo (10): Del ojo derecho. A lo que respondió el indio descubriendo el animal (11): A las claras se echa de ver (12) que este caballo no

es vuestro, pues no es ciego de ningún ojo. Y con esta agudeza (13) se llevó el caballo, haciendo (14) que condenara al ladrón.

(1) *Pedibus caret.* (2) *praetor.* (3) *coram judice.* (4) *cavillum.* (5) *habere fortunatum exitum.* (6) *utro oculo caecus est.* (7) *obpresus.* (8) *cum quid dicere non haberet.* (9) *ad ea confugit quae primum.* (10) *constantí animo.* (11) *equum.* (12) *plane videoas.* (13) *qua quidem arte.* (14) *atque id efficit ut.*

Últimos años de San Pedro

San Pedro emigró de Roma a causa del edicto del emperador Claudio y pasando (1) a Jerusalén presidió el concilio celebrado (2) en aquella ciudad. Cinco años después próximamente, (3) muerto ya Claudio, volvió a Roma donde permaneció (4) hasta su muerte. Durante la primera persecución de la Iglesia, suscitada por Nerón, fué crucificado con la cabeza hacia abajo (5) y (6) los pies hacia arriba. Su cadáver (7) fué llevado a las catacumbas a dos millas de la ciudad, (8) de donde fué posteriormente trasladado al Vaticano, donde en la actualidad (9) reposa.

(1) *repeto com acus..* (2) *habere* que se tuvo; no se ponga participio. (3) *ferme* (4) *exstare.* (5) *in terram verso.* (6) *pedibus autem.* (7) *corpus.* (8) *altero ab urbe miliario (lapide)* (9) *in praesens.*

No puede ir al infierno

Una viejezuela era la pesadilla (1) del cura, a quien no cesaba de molestar con sus escrúpulos. Al llegar (2) al pueblo un nuevo vicario, el anciano párroco le envió la viejezuela por si (3) pudiese curarla de su mal. —«¿Qué le (4) falta, madre mía?» le preguntó. (5) —«¡Ay!, Padre! que siempre pienso que he de ir al infierno.» —Si no es más que eso, veamos. Abra Vd. bien la boca.» Timidamente obedeció en su sencillez. Entonces le dijo sonriendo el vicario: «Pero si Vd. (6) no puede ir al infierno, donde hay crujir y rechinuar de dientes, y Vd. no tiene ni un diente.» Y la viejezuela se marchó consolada. (7)

(1) *Incubus-i.* (2) Habiendo llegado. (3) si forte. (4) te. (5) inquit. (6) atque tu. (7) tranquilla.



MENSTRUUS DE LATINITATE COMMENTARIUS

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 6 pessetarum in Hispania, 7 in America, 8 in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem: CER-VERA (Lérida) - Universidad - España.

CORNU, CORNUS, CORNUI

SEU DE GENIT. ET DAT. SING. QUARTAE DECLINATIONIS

Egregius ille philologus Germanus Dr. Gulielmus Freund in scholio tertio praefationis ad suum linguae Latinae vocabularium,⁽¹⁾ postquam longe atque sapienter de genitivo singulari nominum neutrorum disseruit, paucorum quidem quartae declinationis, his fere verbis quaestionem haud parum ab se jam enodatam concludit: «Ea dumtaxat est circumstantia satis incommoda quae rem certam constituere non sinit, quod nempe criticis Caesaris, Celsi, Plinii, Quinti Curtii editionibus caremus, quae dum deerunt, cum meritis de re conjecturis satis habere cogemur.»

Potuit id sane dicere homo medio superiore saeculo, attamen hodie ea est editionum criticarum copia, ut quilibet studiosus aliquam earum facile reperiat.

Re quidem vera ex studiis criticorum hominum, criticarumque editionum liquido patet pauca illa nomina neutra eodem modo terminari in masculinis ac femeninis propriae declinationis vocabulis quo ceterarum declinationum neutra cum propriis ejusdem declinationis masculinis et femeninis.

De dativo singillatim parce dicemus eo quod pauca illa nomina, de quibus sermo est, nullo fere modo in dativum apud veteres inciderint. Nonnunquam usurpata sunt, ut videtur, in ui ut *pecui a pecu*.⁽²⁾ Haec autem terminatio possidet utpote regularis, donec con-

(1) Freund, *Gran Dictionnaire de la langue Latine*, trad. par N. Theill. Libr. de Firmin-Didot. Paris, MDCCCLXVI. - (2) Freund et Forellini, cfr. verbum *cornu* et *pecu*.

traria legitima sufficienter demonstretur ut sit in masculinis et femininis, quanvis in eis terminatio *u* dativi crebro etiam adpareat.⁽¹⁾ Multa etiam argumenta quae genitivum in *us* probant, pariter probant dativum in *ui*. Sic habemus fragmentum Bononiense: «Generis neutri (sic) *hoc genu...* Haec antiqui etiam singulari numero sicut masculina et femenina declinabant dicentes *hujus genus* et *huic genui.*»⁽²⁾ Quosnam vero auctores vocat antiquos? Lucanum scilicet et Titum Livium ut ex sequentibus verbis evidentissime deprehenditur: «Unde Lucanus *cornus tibi cura sinistri* et Livius ubique in Historia; posteritas inter monoclita posuit.» Jam vero Lucanus media aetate argentea scripsisse constat, unde antiquitatem, aetatis aureae atque argenteae auctores vocat, posteritatem vero auctores ferreae, luteae infimae videlicet Latinitatis. Ad ejusmodi tempus pertinent omnes fere grammatici quorum exstant opera. Priscianus vero qui ea nomina vocat *aptota* in singulari, i. e. indeclinabilia, cum perspexisset tamen ex exemplis Attii, Ciceronis, Lucani, antiquissimos aliter ea protulisse quam *aptota*, inconsulto adserit apud eos talia nomina generis etiam masculini fuisse, quasi nequirit genitivus *cornus* esse a *cornu*, ideoque *cornus* ex nominativo masculino esset deducendum. Lege ejus verba, benigne lector, et tute quam speciosam sequelam coactus sit deducere videbis ex proposito falso principio; ea nempe nomina esse aptota: «*u Latina sunt generis neutri (sic) et aptota in singulari numero, non etiam in plurali ut hoc cornu, genu, tonitru,* quae tamen antiquissimi inveniuntur in *us genere proferentes masculino* et quartae declinationis ut Lucanus in 1. VII.»⁽³⁾ Hanc hypothesisin quae invaluit aliquando, a recentioribus omnino rejecta est⁽⁴⁾ cum ex falso fundamento, quo fulciebatur, tum maxime quia neque Ovidius neque Celsus neque Plinius neque Curtius qui formam *us* in genitivo adhibent, eandem in nominativo unquam usurpant. Quintimmo inlustris est ille Plinii locus in quo nominativus ad genitivum refertur ad hunc modum: «Hammonis *cornu* (*nom.*) inter sacratissimas Aethiopum gemmas aureo colore, arietini *cornus* (*gen.*) effigiem reddens.»⁽⁵⁾ Quis hoc exemplo non videat genitivum *cornus* ab nominativo *cornu* esse, non aliunde? Servius insuper apud Vergilium⁽⁶⁾ non dubitat tum *cornus* quod adfert Lucanus, tum *genus* quod adhibet Cicero in Arato ab nominativis *cornu* et *genu* procedere. Charisius autem Grammaticus sine religione mavult errasse Lucanum quam dicere genitivum illum ab nominativo masculino *cornus* procedere et regulam statuit nullo adlato exemplo, immo exemplo contrario Lucani notato: «Neutra *hoc genu, huic genu;* similiter et *cornu* singulari non declinatur quamvis Lucanus *cornus* genitivum dixit 1. VII.» Non constat igitur aliunde aptota esse nomina in *u*. nisi ex grammaticis non aureae aetatis neque argenteae, sed sequioris aevi, qui omnes sicut Charisius rem adfirmant neque probant.⁽⁷⁾ Huc autem verba transferenda videntur quae aliud agens praecclare scripsit Despauterius: «Ego pluris facerem unicum classici poëtae testi-

(1) **Sommer**, *Handbuch der lateinischen Laud- und Formenlehre*.—(2) **Kell**, *Grammatici Latini*, vol. V, p. 564.—(3) **Kell**, *Gram. Lat.*, v. II, p. 210.—(4) **Heinichen-Wagner**, *Lateinisch-Deutsches Schulmärterbuch*.—(5) **Plin.**, *Hist. Nat.*, XXXVII, (60).—(6) **Servius**, *Aen.* III, 22.—(7) **Kell**, op. cit., I p. 31 et 150; IV, pp. 541, 31, 32 et 121; V, 414, 497, 501; I, 303; V, 42, 165, 185; VI, 483, 43.

monium quam mille grammaticorum ratiunculas.»⁽¹⁾ Contra eos tamen habemus vel illis temporibus auctorem Martianum Capellam:⁽²⁾ «Quaeritur de genitivo singulari quem alii in *us*, alii in *u* litteram egerunt, necnon dativo quem alii in *i* agunt ut *genui cornui*; quidam veteres secuti ablativo similem faciunt *huic cornu*, *huic genu*. Clarius de genitivo instat inferius illis verbis: «Tamen sic *genus et cornus* in genituo dicendum est quemadmodum *senatus et exercitus*.»

Dixerit quispiam: quid vero valeat unum Martiani Capellae testimonium contra tot alias grammaticos? At vero non unus ille est sed de genitivo etiam Consentium audiamus: «Eorum nominum quae *us* sillaba genitivo singulari terminantur duplex aequa ratio est: nam ea vel masculina sunt ut *exercitus* vel neutra ut *cornu et genu*: genitivum singularem faciunt in *us* ut *hujus cornus et hujus genus*.»⁽³⁾ Donatus grammaticus qui inter ceteros maxima et antiquitate pollet et auctoritate, nedum aptota vocet ea nomina, potius declinabilia putare facile deducas: «sunt—inquit—aptota quae neque per casus neque per numeros declinantur ut *frugi, nihili, nequam, fas, nefas, nugas*: in qua forma sunt etiam nomina numerorum a *quattuor* usque ad *centum*, nam ab *uno* usque ad *tres* per omnes casus numeri declinantur: item a *ducentis* et deinceps praeter *mille*. Et rursus: «Nomen in *u* vocalem desinens nominativo casu numero singulari tantum neutrum ut *cornu, genu, gelu, specu, veru*».⁽⁴⁾ Ex quibus arguo: numerat *mille* inter aptota quod quidem nomen per omnes casus numeri pluralis rite flectitur: quidni *cornu genu* si eodem modo flectantur? «Non omnia— inquit— erant numeranda». Cedo quidem; attamen cur postea addit neutrum esse in *u* vocalem desinens nominativo casu, numero singulari? Nonne satis commonstrat esse in eodem numero singulari alios casus non desinentes in *u* vocalem?

Quantulam vim prodat hac de re auctoritas Charisii supra perpendimus. Praeterea ipse Freund haud temere suspicatus est Diomedem hoc loco sicut aliis bene multis Charisium paene transcripsisse. Priscianum autem, cuius antea mentionem fecimus, utriusque testimonio sine ullo examine frequentissime uti, compertissimum est. Jam vero, cum hi qui principes habentur in re grammatica se mutuo transcripsissent, quid mirum si dicamus posteriores Phocam, Sergium, Cledonium, Asperum, cet. scrupulosiores minime fuisse? Quod et adnuit Freund et quisquam crediderit ex simillimis et quasi paribus verbis quibus nullo adducto testimonio ea nomina aptota esse confirmant. Probus (non pseudo-Probus) adducitur etiam pro forma regulari horum nominum cuius tamen rationem cum longum sit explicare, lectores ad Freund delegamus.⁽⁵⁾

Sed quod magis lectorum mentes in nostram sententiam adducet, magnus erit exemplorum numerus eorum vocabulorum qui cum genitivo in *us* inventa sunt ab recentioribus scriptoribus post factam auctorum Latinorum exquisitam investigationem. Contra quinque formas certas in *u* genitivi, quarum quattuor inveniuntur in Publio Vegetio Renato, una autem in Sereno Sammonico, quibus

(1) *Despauterius, Commentarii Grammatici*, I. III: *Ultimarum syllabarum quantitas: U.* — (2) *Martianus Capella, Satyricon*, I. III, 73. — (3) *Kell, op. cit.*, V. 361. — (4) *Kell, op. cit.*, IV, 377. — (5) *Freund, loc. cit.*

addenda evidentur, utdubiae saltem, duae formae in *u* Celsi «cornu bubuli combusti»,⁽¹⁾ sunt certe in *us* quadraginta quattuor, quae ad clariorem litterarum Latinarum aetatem pertinet. Serenus Sammonicus autem et Vegetius Latinitate jam decadente vixerunt, quo tempore a grammaticis potius quam ab scriptoribus eam formam in *u* exaurire potuerunt. Non desunt tamen eo tempore scriptores qui *us* formam retineant, grammaticis etiam invitatis, ut Marcellus Empiricus qui scripsit inter saecula IV et V.

Quid causae suspicari tandem possumus genitivorum in *u* qui certe in vocabulo *cornu* septies, ut supra diximus, saltem in medicorum operibus inveniuntur? Apud Latinos saepe numero jungebatur in unum duplex vocabulum ita ut prior pars non flecteretur: sic apud Plinium et Scribonium invenimus *olus atrum* flexum per *olusatri*, quod Columella facit *oleris atri*. Vegetius habet *sil gallicum* cum genitivo *silis gallici* et *silgallici*. *Ros marinus* venit in hoc vocabulum neutrum *rosmarinum*. Quamvis igitur certo constet *cornu-bubuli* et *cornu-cervini* in genitivo aliquando esse, ideo factum esse crediderim quod his in locis duplex verbum in unum vocabulum a medicis illis scriptoribus conflabatur.⁽²⁾

Editiones igitur criticae recentes a regulari forma sunt vocabulorum neutrorum quartae declinationis quibus non refragantur, sed potius subfragantur auctores et classici et postclassici, quamvis plures, non omnes tamen, grammatici veteres contra eam nullo pro se adlato exemplo unus ex alio postea insurrexerint.

Nostram tandem sententiam acceperunt jam plures nostrae aetatis eximii grammatici,⁽³⁾ iis subfulti rationibus quas modo exposuimus.

EM. JOVÉ, C. M. F.

Nunc dimittis

*Nunc dimitte tuum servum de carcere vitae,
Prout quandam dederas Tu mihi, Domne, fidem,
Quippe hominum Servatorem jam denique natum,
Sum, felix! nactus luce videre mea
Quem decrevisti, populis spectantibus orbis
Mundo mittendum, foedera facta reples,
Gentibus ut lux sit mentis caligine captis
Israël et populo innovet Ipse decus.*

LEANDER FANLO, C. M. F.

Cervariae, Kal. Septembribus.

(1) *Celsus*, I. V, 22, 2 et 24, 4 Teubner. —(2) *Freund*, loc. cit., ad finem in notula. —(3) *Haenry, Nouvelle Grammaire Latine; Llobera, Grammatica classicæ Latinitatis; Martínez Jiménez, Gramática Latina, Fonética y Morfológia; Müller, Lateinische Schulgrammatik; Yela, Nociones de Filología Latina; Echauri, Lengua Latina; Schmitzler, Nuevo Método para aprender el Latín*. Hí omnes et genitivum *us* et dativum *ui* admittunt; qui autem genitivum *us* tradunt, non vero dativum *ui* sunt ceteri recentes universi.

CURSUS GYMNASTICUS

CORYDON ⁽¹⁾

Formosum pastor Coridon ardebat Alexim,
delicias domini; nec, quid speraret, habebat.
Tantum inter densas umbrosa cacumina fagos
adsidue veniebat. Ibi haec incondita solus
montibus et silvis studio jactabat inani,

Ardere: amar con pasión. Este verbo neutro i *pereo, calleo, oleo...* piden acus. — *Delicias*: caso de aposición con *Alexim*. — *Speraret*: en subj. por ser interr. indirecta. — *Cacumina*: cumbres. — *Acus.* regido de *venire*, con elipsis de *in*. — *Incondita*: despropósitos. — *Studio*: con empeño; abl. de modo. — *Montibus et silvis*: prosopopeya.

O crudelis Alexi. nil mea carmina curas?
Nil nostri miserere? Mori me denique coges.
Nunc etiam pecudes umbras et frigora captant;
nunc virides etiam occultant spineta lacertos,
Thestylis et rapidos fessis messoribus aestu
alia serpulumque herbas contundit olentes.
At me cum raucis, tua dum vestigia lustro,
sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

O crudelis: magnífica y sentidísima exclamación. — *Carmina*: querellas. — *Curas*: con acus. Este y otros verbos como *cogito, taceo, fateor...* pueden tener también abl. con *de*. — *Nostri*: no pudo decir *nostrum*, pues esta forma sólo se usa cuando va regido de partitivos, numerales, superlativos, *communis* o concierta con *omnium*. — *Mori me*: hermoso epífonema. — *Captare*: tomar. — *Frígus*: fresca. — *Spinetum*: zarzal. — *Rapido*: se contropone a *fessis*. — *Serpulum*: sépol. — *Lustrare*: examinar. — *Resonare*: repetir. — *Nunc etiam pecudes...* este verso y los tres siguientes resultan una antítesis hermosa de los versos *At me cum* y siguientes. — *Sub*: pide abl. por significar quietud aquí. — *At me cum*: la aspereza de este verso indica el canto de las cigarras: ambos son modelos de belleza.

Nonne fuit satis tristis Amaryllidis iras
atque superba pati fastidia? Nonne Menalcam,
quamvis ille niger, quamvis tu candidus essem?
O formose puer, nimium ne crede color!
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Nonne: supone respuesta afirmativa. — *Fastidium*: desdén. — *Menalcam*: otro pastor. — *Ille niger... tu candidus*: antítesis, — *Ne crede*: no te fies. Ne con imperativo sólo se usa en el lenguaje poético y en el familiar, para mandar con imperio o prohibiendo. — *Vaccinia*: jacinto. — *Cadunt... leguntur*: antítesis y comparación hermosa para dar a entender que no se debe llevar de las apariencias.

M. LÓPEZ DE ZUBIRIA, C. M. F.

(*Sequemur*)

(1) Juxta veteres fere omnes, Corydon est Vergilius, et Alexis, servus Pollionis aut Maecenatis: ita *Calpurnius*, IV Ecloga, 64. *Martialis*, Epigr. VIII, 56. *Servius*, II, 1, 15. *Donatus*, Vita, 9, cet. Alter opinatur L. Herrmann, in *Les Masques et les visages dans les Bucoliques de Virgile*, Bruxellis, MCMXXX, p. 47 sqq.

Conloquia in schola

Lectio serotina

Personae: PATER EJUSQUE FILII. (In aula oblectationum.)

FF.—*Tata, tata, vide quod trahaculum, quos specus... prospice quales passerres, quales figurae inconcinnas...*

P.—*Pauillatim, pueruli, aures enim meas perstringitis.*

FF.—(Legendo). «*Huc si decenos nummos demittas, iste tibi passer edet concentrum. Tata, cedo nummos atque eum canentem audiemus... Eja, experimentum capiamus!*

P.—.....

FF.—*Ille quidem cantat... Ut rostrulum hiat, ut agitat caudam et caput oscillat... Vah, non ita suavius ac materterae canit... mirum jam si obganiat... Probe, probe!*

P.—*Prodeamus, pueri, res enim quaelibet defixos vos tenet.*

FF.—(Legendo). «*Huc si decenos nummos demittas, electricheha ista proficiscetur, Hic, tata, hic. Decem nummi et vehiculum procedet. Rem scitam atque miram!*

P.—.....

FF.—*Hem, jam currit... jam montem consendi... nunc per cuniculum. nunc per planitiem transit... modo deflectit, hui! explicit! Ut durat parum...!*

P.—*Insigniter vos animus fallit, pueruli. Alio discedamus. (Legendo) «Huc si decenos nummos demiseris, ob oculos tibi Majorica fiet.» Majoricam et insuper Cathedralem cernere est integrum.*

FF.—*Quoniam scita res, tatal Palma, o res bellissimal portus, Cathedralis., Torrens a Pareis, specus ab Artá... vel canis Majoricensis! Apagel evanuerunt decem nummi, belli, inquam, prospectus!*

P.—.....

FF.—(Legendo). «*Huc si decenos nummos demittas, specus iste inluminabitur. Ut pulchra res erit! Age, tata, dejice nummos decem: cras memoriae lectio nem mandabo.*

P.—*O vos importunos! Ellos atque subficiat tandem...*

FF.—*Prospice quam scaphulam, quem lacum; illac lucus est accensus... hac tenebrosus specus... ab illa fenestella domus videtur, ea que abundat gallina... hac*

Lección tardía

Personajes: PADRE E HIJOS. (En una sala de atracciones).

HH.—Papá, papá, mire qué tren, mire qué cuevas, qué pájaros, qué marrachos...

P.— Poco a poco, chiquillos, que me aturdís.

HH.—(Leyendo) «Tirando aquí diez céntimos este pájaro canta». Papá, diez céntimos, que los haremos cantar... a ver!

P.—.....

HH.—Sí, que canta! Cómo abre el pico... y menea la cola... y balancea la cabeza.. Vaya! no canta tan bien como el de la tía... pero ya es mucho que cante. Bueno, bueno...

P.— Vamos, chicos, que os embobáis por cualquier cosa.

HH.—(Leyendo) «Tirando aquí diez céntimos, este tren eléctrico corre». Aquí, papá, aquí: Diez céntimos y marchará. Oh! qué bonito!

P.—.....

HH.—Oh! ya corre... ya sube la montaña... ahora pasa el túnel, ahora el puente... ahora gira... ya está! Sí que dura poco:

P.— Os dejáis engañar como chinos. Vamos a otro. (Leyendo) «Tirando aquí diez céntimos, se ve Mallorca». Aquí veremos Mallorca, y también la catedral.

HH.—Y qué bonito es, papá! Palma, el puerto, la catedral... el torrente de Pareis, las cuevas de Artá... hasta un perro mallorquín... Ah! ya se han acabado los diez céntimos, digo, las vistas!

P.—.....

HH.—(Leyendo) «Tirando aquí diez céntimos, se iluminan estas cuevas». Qué bonitas deben ser! Tire, papá, tire diez céntimos! Mañana ya me sabré la lección.

P.— Importunos! Ahí van, y que se acabe!

HH.—Mire qué barquita, y qué lago... por allá un bosque encendido... por esta ventana se ve una casa, con gallinas y todo... por aquella una

apertura furis cuiusdam oculi caerulei inspiciuntur, illis praeditus dentibus...

- P. —
- FF. — (Legendo). «*Huc si decenos numeros...*»
- P. — *Atat, pueruli, creditisne vos in para-*
diso versari?... In prospectus decem,
decem in trahaculum numeros...
- FF. — *Tata, tata, hinc resiliunt pessetae...*
Respic, hoc rotare adigitur, quod si
in numero 6 consistit, una resilit pes-
seta. Templemus, amabo... Forsan et
pessetam nanciscemur...
- P. —
- FF. — *Jam volvitur..! Hui, hui!* Quidem,
non, nooon... Apagel in numero 8 re-
moratur... iteremus!..
- P. — *Abeamus, nati, abeamus... secus enim.*
- FF. — *Manedum paullisper, tata; vide quid*
isthuc rei sit ..
- P. — (Legendo) «*Huc si decenos numeros*
demitas, lectionem disces».
- FF. — *Lectiones non sunt ex sententia... tata:*
ne forte verbum exeat...
- P. — *At periculum faciamus. Circumspicie-*
tate, nati, ut pulvere scatet! Nemo lec-
tionibus oblectatur; bona lectio decenis
nummis non aestimetur? Sed pueruli,
ne occulite,.. ne pavete... Tandem ob-
tinui: satis insudari cum sit omne
mucidum... Cernite quid adferat titu-
lus ab illo nasuto suspensus...
- FF. — (Ad unum legentes) «*Nummi a num-*
mis exhariuntur pessetae».
- P. et FF.!!!
- P. — *Prodeamus jam tandem, pueri... Ad*
merendam vero? In capsam dueae pes-
selae evolaverunt... Hanc si viam iniis-
setis, decem dumtaxat nummi defice-
rent. Id deinceps maneat alta mente
repostum!
- P. —
- HH. — (Leyendo) «Tirando aquí diez céntimos...»
- P. — Pero, hijos, creéis estar en Jauja?
 Diez céntimos para vistas, diez para un tren...»
- HH. — Papá, papá, aquí saltan pesetas...
 Mire, eso rueda, y si para en el 6, salta una peseta. A probarlo! Si sacásemos una peseta!
- P. —
- HH. — Ya ruedal Ay, Ay! sí, no, nooo... Val se ha parado en el 8... Volvamos a probar...
- P. — Vámonos, chíquillos, vámonos que si no...
- HH. — Todavía no, papá, mire que dice aquí.
- P. — (Leyendo) «Tirando aquí diez céntimos, se da una lección».
- HH. — Eso de lecciones no nos gusta, papá, guízá salga un verbo.
- P. — Hay que probarlo. Mirad, hijos, cuánto polvo tiene; nadie gusta de lecciones. ¿No valdrá diez céntimos una buena lección? A ver!... Pero, chicos, no os escondáis, no tengáis miedo... Ya está! Bastante me ha costado; está todo enmohecido! Mirad qué dice el letrero que sostiene aquel narigudo mamarracho!
- HH. — (Leyendo a coro) «Perra a perra se van gastando las pesetas».
- P. e HH.!!!
- P. — Vámonos, chicos! A merendar? Las dos pesetas se han ido al cajón de ese... Haber empezado por aquí, y sólo nos faltarían diez céntimos. Sábedlo para en adelante.

A. M., C. M. F.

Sive de Seminarialis et de studiis clericorum promovendis, sive de alumnis Ordinum Regularium, aliarumque Sodalitatum Religiosarum rite instituendis loquebamur, velle nos diximus, praecipuaque quadam voluntate, ut linguam Latinam uterque cleris haberet scientia et usu perceptam. (Pius Papa XI, Motu Proprio «*Litterarum Latinarum*» oct. 1924.)

Claretianarum Disputationum

LIBRI TRES⁽¹⁾

Ad R. P. Emmanuelem Jové

Cum aularum laboribus academicisque muneribus omnino aut magna ex parte essem hujus aestatis ferioris liberatus, rettuli me, P. Emmanuel, te hortante, ad eam ducendi philosophica studia rationem, quae investigationis profunditatem cum litterarum Latinarum elegancia apte conponeret atque, ferme insociabili extremo, utrique et doctrinae nempe scholasticae et vocibus traditione et usu invectis, illum inponeret philosophandi modum excultamque dicendi formam, qualem in Platonis dialogis Tullianisque disputationibus omnibus numeris terminatam miramus. Illam enim cum Tullio perfectam philosophiam semper judicavi, quae de maximis quaestionibus copiose posset ornateque dicere: sed cum tantam ingenii vim scribendique praestantiam adsequi non possim ut cum principibus hujus artis contendere liceat, nedum eos superem, medium quandam viam incedendam putavi, magistros imitando et juxta eorum procedendi rationem nostras res disponendo atque ordinando quaestiones. Sic ergo nobis placet nec pristinum scholasticorum morem deponere, et in hac maiore et inferiore arte versari.

Cum igitur in hac nostra villa Claretiana vitam duceremus quae et solitudinis causa meditationi, et temperata loci varietate cogitationi locum daret animumque ad philosophandum adliceret, quid in eo scribendi genere possem temptavi; disputationemque sic texui quasi rea ageretur inter Cajetanum, longe omnibus (S. Thomam semper exceptio) Scholasticis praestantem ingenio et

doctrina ac Neoscholasticum philosophum. Denique ad Thomam tanquam summum judicem supremamque auctoritatem tempestive confugiemus, qui finem inponat claudatque quaestionem.

LIBER PRIMUS

De nova et vetera mundum considerandi ratione

Neo-Scholasticus. Sublimi illa et saeculorum veneratione sacra Sti. Thome doctrina imbutus cum ad innumerarum scientiarum facta aciem mentis converto, nescio quo pacto quave ratione in dubitationes incido non paucas circa nostrae metaphysicae scientiae facultatem universo applicandae, quem oculis cernimus, experientiae subjiciimus, conscientia conprobamus; ita ut mihi descensus iste de principiis ad veritatem rerum, plus adlosionis speciem quam conprobationis eorum factorum induere videatur.

Cajetanus. Hanc ego numquam sum expertus temptationem: quin immo id accidere viro metaphysico potuisse mirabile est undeque, cum, vi definitionis, titulo scientiae entis metaphysica decoretur, quo quidem ente nihil aut verius aut firmius esse potest. Tamen quia tales ipse non sum passus temptationes fortasse vim, si qua inest, tuae dubitationis non attingo. Fave illud sacratis vocibus explicare.

Nec-Sch. Geram tibi morem, quantum potero. Novae voces pro usu et necessitate et cedendae sunt et efformandae;

(1) Saepe audivimus non nisi culinario, quod hodie vocant, sermone de rebus philosophicis loqui licere. Id autem quam a veritate sit alienum, et invicte monstrat Cicero qui opera non pauca stilo suo adcuratissimo edidit, et nos ad imitationem ejus orationem conformantes apud lectores devincere agendo conabimur. Haec igitur lucubrationum, quae sequentur, series cum habent praecipuum finem, nempe litterarum, in quo tamen selectam inventient doctrinam qui metaphysicos vinis inebriari perpetuo exoptant.

ACTUARIA

idque cum in qualibet doctrina, tum maxime in philosophia, omnium latissima evenire necesse est: ideo tuis votis non semper mihi facile obsequi licebit.

In eo ipso. quod de metaphysica dististi, difficultas mea tanquam in cardine stat et revolvitur: si enim metaphysica nostra primas explicandi partes in rebus ius sibi vindicat et honorem, necesse erit ejusdem conclusiones cum veritate cuiusvis ordinis atque probatis experimentis apprime concordare: ita Theodicea cum datis revelationis circa Deum, Cosmologia cum physica experimentali (Cosmologiae autem nomen inveximus recentiores ad VII libros physicorum brevius designandos) rationalis Psychologia, cuius praecipua capita in libris de anima continebantur (quorum commen-taria tua quanti faciam scis), cum Psycho-

logia experimentali, aut omnibus ex partibus adamussim cohaereant aut metaphysica fabulis senilibus sane et inge-niosis amanda est.

Primae omnibus numeris perfectam ad invicem dicunt convenientiam: de reliquis duobus vereor ut consensus, multis jam abhinc saeculis, evanuerit et in pugnam se verterit manifestam. Attamen, si te hoc forte delectat, prius nobis exponendum est quid sit de natura constantiae et evolutionis metaphysicae veritatum sentiendum, quam de consonantiae aut discrepantiae sequelis inter praedicata longam habeamus orationem.

Dr. David GARCIA, C. M. F.

Quaestionum metaphysicarum Professor.

Celsonae

Antonius Reixach, Pbter. Moderatori, s. p.

CERVARIAM.

Pax et bonum, mi carissime: De nostro FONTIO, ad superos advolante, bene scripsisti tum in PALAESTRA cum in ALMA ROMA. Quam ob causam familiares, conlegae, amici, devoti quam plurimas tibi gratias et agere et habere debemus. Optimum sane est de Latinis litteris bene merentibus bene loqui; illis enim claris viris, praeter aeternam retributionem, quid apud inlitteratum vulgus restat nisi censura, contemptus, oblivio? Nos certe, quorum est juven-tutem ducere ad hujus modi excolendas disciplinas, eos dignis prosequamur laudibus qui hac in palaestra bravum aut comprehenderunt aut ad idem acces-serunt. Bona siquidem fama, potissimum animorum stimulus.


Aurea disticha quibus bonus iste H. Martija memoriam viri celebratam voluit ab omnibus concelebrata sunt: quare ex animo ei gratulamur et ut ad matus annos sacra ei adrideat Camena, expetimus.

Longior esse nolo: velim mihi parcas. Nihil tibi dicam de tua PALAES-TRA, quam jam omnes norunt et laudent peritia, concinnitate, doctrina, amo-e-nitate, adolescentolorum utilitate. Jam incipit aemulatio nostros inter ephebos. «Oh PALAESTRA, caeli te beent tibique prosperent!»

Vici. 16 Dec. 1930.

NOVA ET VETERA

HOROLOGIUM



In genere venit nomine horologii (ab graeco ὡρολόγιον) quodlibet instrumentum ad intervalla temporis dimetienda. Antiquioribus etiam gentibus erant in mutuo commercio aliquae, etsi simpliciores, rationes hujus rei consequendae. Syrii enim, Chaldae, Aegypti... horologio solari usi sunt; Etrusci, Osci, Romani... harenarria insuper et aquaria horologia adhibuerunt. Ex antiquorum vero chronometrorum defectione, temporis partitio haud ita fuit atque hodie adaccurata. Prisci videlicet Romani hoc modo diei partes nuncuparunt: medium noctem, gallicinum, conticinium, diluculum, mane, ad meridiem, meridiem, de meridie, horam supremam, vesperam, crepusculum, primam lucem, concubium, intempestam noctem. Anno vero 291 a. Ch.. cum solarium (*reloj de sol*) et clepsydra (*reloj de agua*: ab graeco χελπτω, furor, et θδωρ, aqua) primo in usum venerunt, tempus exactius computabatur; unde dies dividebatur in horas duodecim, nox vero in quattuor vigiliis tribus horis in singulas conflatas.

Horologia proprie dicta seu automatica non nisi ad medium saeculum transactum sunt adhibita, quo tempore horologium penduli, posteriorum fundamentum atque norma, inventum est. His sane horologiis tempus in quibuslibet terrae vel maris adjunctis facilime aestimatur. Praecipuum in eis est tensum automaticum quod nos elasticium (*muelle*) dicimus, quodque sese paullatim resolvens lente vim suam explicat, donec, exhausto renixu, immobilitatem adsequitur. Nonnullas autem dentatas atque inter se apte dispositas rotas id elasticium agit, quarum quidem auxilio et lanceolae cum illis fornicatus conexas volvere adiguntur. Pro eorum usu, situ, dimensionibus, horologia dicuntur: crumenae, turris, parietis, mensaria (*de sobremesa*), electrica, evigilatoria (*despertadores*), campanae, repetitionis, cet.

Vocabularium

1 Anilla	<i>anellus</i>	7 Media	<i>dimidia</i>
2 Hora	<i>hora</i>	8 Manecillas	<i>lanceolae</i>
3 Minuto	+ <i>minuta (pars)</i>	9 Mango	<i>capulum</i>
4 Horario	+ <i>horarium</i>	10 Minutero	* <i>minutarium</i>
5 Cuarto	<i>quadrans</i>	11 Llave	<i>clavis</i>
6 Segundo	+ <i>secunda (pars)</i>		

Partitio temporis

Siglo	<i>Saeculum</i>	Media	<i>semihora</i>
Lustro	<i>lustrum</i>	Hora y media	<i>sesquihora</i>
Año	<i>annus</i>	Tres cuartos	<i>dodrans</i>
Bienio	<i>biennium</i>	Cuarto	<i>quadrans</i>
Trienio	<i>triennium</i>	Minuto	<i>minuta</i>
Mes	<i>mensis</i>	Segundo	<i>secunda</i>
Bimestre	<i>bimensis</i>	Mañana	<i>mane</i>
Trimestre	<i>trimensis</i>	Mediodía	<i>meridies</i>
Semestre	<i>semensis</i>	Tarde	<i>vespera</i>
Semana	<i>hebdomada</i>	Noche	<i>nox</i>
Quincena	<i>semestrium</i>	Media noche	<i>media nox</i>
Día	<i>dies</i>	Ayer	<i>heri</i>
Dos días	<i>biduum</i>	Hoy	<i>hodie</i>
Tres días	<i>triduum</i>	Mañana	<i>cras</i>
Hora	<i>hora</i>	Pasado mañana	<i>perendie</i>

Phraseología

¿Qué hora es?

Es la una.

Son las dos y cuarto.

Son las tres menos cuarto.

Son las cuatro y media.

(Son las cinco y tres cuartos.)

Son las seis en punto.

Son las siete poco más o menos.

Son las ocho y tres minutos.

Son las nueve menos cinco.

Acaban de dar las diez.

Van a dar las once.

Falta poco para las doce.

Quota hora est?

Est (hora) prima.

Est (hora) secunda cum quadrante,

Est (hora) tertia dempto quadrante.

Est (hora) sesquiquarta.

Est (hora) quinta cum dodrante.

Est punctum horae sextae.

Est plus minus (hora) septima.

Est (hora) octava cum tribus minutis.

Est (hora) nona demptis quinque minutis.

Sonuit (hora) decima.

Instat (hora) undecima.

Haud longe abest (hora) duodecima.

I. GONZÁLEZ, C. M. F.

Adnotaciones rhetoricae⁽¹⁾

Tityrus

Vergilianaæ poëseos studiosis primum Bucolicon, *Tityri* nomine insignitum, obferre volo, exemplar in suo genere perfectum; quod tum facilitate versuum et elegantia, cum imaginum venustate, ceteris omnibus (quartum excipe) meo judicio praecellit.

A plerisque tamen critici damnatur adulatio qua Vergilius in hac Ecloga Augustum est prosecutus.⁽²⁾ Talis vero insimulatio ad privatos poëtae mores potius quam ad ipsum opus referenda est; praeterea quis scit an Vergilius nimis laudibus in Octavianum abuti voluerit quo liberius Mantuanæ gentis infortunia patefaceret, et Octaviani milites *impios ac barbaros* nulla prorsus formidine proclaimare? Caesar Octavianus, cum post victoriam Philippensem (non post Actiacam, ut male est in Probi et Pomponii commentariis) agrum Cremonensem et Mantuanum veteranis militibus distribuisset, Vergilius quoque Maro Andino suo patrimonio spoliatus fuit; sed Maecenatis per As. Pollionem et Octaviani per Maecenatem gratiam adeptus, quod amiserat, recuperavit. In hac igitur ecloga poeta laudes Octaviani et Romæ conmemorat, suam in agello recuperando felicitatem sub Tityri, Mantuanorum vero calamitatem sub Meliboei nomine repraesentat.

VERS. 1-5. (3)—Perbelle depingit Vergilius utriusque pastoris condicionem. Meliboeus, Tityri felicitatem describens, epithetis redundant; de sua calamitate parce et concise: unum epithetum *dulcia* infortunium potius adauget.

Quam eleganter sibi adversantur illa: *nos patriam fugimus. Tu... lentus.*
Versus quintus suavissime aures demulcit.

Meditaris. Nullum verbum Tityri securitatem rectius expresserit.—*Avena:* Musica instrumenta inter pastores primo ex aenis calamisque triticeis inter se cera compactis, tum ex arundinibus et cavatis buxi fistulis, mox ex animalium cornibus, metallis... Unde aena, calamus, arundo, cornu... per *synecdochen* pro instrumentis musicis usurpari solent.

VERS. 6-10.—*O Meliboe, deus...* Octavianus, quem deum per adulationem appellat; non enim coli coepit divinis honoribus nisi post ultimam de Sexto Pompejo victoriam, anno aetatis 28. (4) hoc est, annis tribus post edita Vergilius bucolica. (5)
—*Ille meas errare...* Tityrus deo suo non fulminum et bellorum potestatem attribuit, sed simpliciter ait: *ille meas errare boves...* Bonum *generis infimi* exemplum, quale pastores decet. (6)

VERS. 11-18.—*Undique totis...* Epiphonema, quo Mantuanorum patefit desperatio. —12-15. En tibi adfambre concinnata pictura. *En ipse capellas...* Meliboeus de *conixa* capella sollicitus hanc aptissimam repetitionem habet. Dixerat capellas, subdit *hanc*; respondet etiam adverbium *vix*, in quo repetitur sensus illius aeger. (7)
Hic inter densas... Pulcherrima verborum perturbatio quae primo oculorum ictu

(1) Cfr. num. sup.—(2) Ita Cartault. «La pièce étant avant tout un remerciment on peut se demander si Virgile a bien trouvé le ton qui convenait. La sincérité n'en est pas douteuse, mais l'exagération en est étonnante. Son bienfaiteur est un dieu et il le voit un culte... Cette hyperbole nous est d'autant plus désagréable qu'Octave ne faisait en somme qu'exceptuer Virgile d'une mesure violente et brutale. Evidemment il a été embarrassé.» (*Op. cit. cap. X.*).—(3) Cf. textum Vergili in fascic. Novembris.—(4) Appianus, I. V, Civ.—(5) Schaper, *De Eclogis*, p. 15 hunc locum de vero cultu interpretatur.—(6) Vid. Seneca, *De benefitiis*, I. IV, c. 6.—(7) Sealliger, *Poétiques*, I. II, c. 3.

observatur, Meliboei dolorem mirum in modum significat. (1) *Si mens non laeva fuissest...* Laeva seu sinistra pars saepe in malum omen, ut hic, saepe in bonum accipitur, ut Aen. II, 693: «*Intonuit laevum et de caelo iapsa per umbras...*»

VERS. 19-25. — *Urbem quam dicunt...* Nusquam, sub verbis tamen et conparationibus simplicissimis, magnificentius traditum est elogium Romae. Advertas velim Tityrum de Roma, quam musa Vergilii epica *urbem aeternam* appellat, disserturum, hanc modeste circumlocutionem adhibere: *urbem quam dicunt... — Caput extulit...* Metaphora pulcherrima.

VERS. 26-35. — *Candidior postquam...* Periphrasis seu locutio poëtica. Hanc eclogam scripsit Vergilius anno aetatis 29. «Eadem igitur licentia, ait Probus, senem se dixit cum sit juvenis, qua pastorem se fecit cum sit urbanus, aut Tityrum nominat cum sit Vergilius». — *Amaryllis, Galatea*. Amicarum nomina. Plures interpretes his nominibus Romam et Mantuam allegorice significari contendunt; quinimmo Politianus Romam dicit, arcane nomine, Amaryllida vocatam esse. Placet tamen aliorum sententia qui nullam hic allegoriam agnoscant «quia poëta bis in hac ecloga Romam directe ac proprio nomine appellat, quam quid esset causae cur modo Romam, modo Amaryllida appellaret? Distinguit pariter Mantuam a Galatea, cum dicit se, dum servisset Galateae, sine fructu caseos ingratae urbi pressisse». (2) — *Galatea reliquit pro reliqui Galateam: euphemismus.*

VERS. 36-45. — *Mirabar...* Hic versus, ait Ruaeus, ita cruciat allegoriae patrones ut mendum inrepsisse hoc velint, et reponi *Galateam* pro *Amaryllide*, quo sibi constet allegoria. Planus absque allegoria sensus est, si de amicis puellis intellegatur. — *Ipsae te Tityre...* Hyperbole. *Ipsae, ipsi, ipsa...* traductio sen polipteton. — *Bis senos...* Forte sacrificia fiebant ad conciliandos Octaviano deos, non vero tunc in Octaviani honorem. (3)

VERS. 46-58. — In hoc fragmendo Vergilius perpolite adumbrat vitae campestris delectamenta. «Pluries legitur, plus et imaginatio et aures ejus pulcritudine capiuntur». (4) — *Fortunate senex...* Apostrophe. *Inter flumina nota*, sc. Mincium et Pandum. (5) Epithetum *nota* peculiarem hic significationem habet. Loquitur Meliboeus, qui «patriae fines et dulcia arva» nusquam revisurus, horum locorum reminiscitur. — *Frigus captabis opacum*. Audax locutio cuius versio difficilis est. Noster Legionensis sic vertit: «*del fresco gozarás*», et Rivarol: «*la fresca oscuridad*», Brocensis tandem: «*los aires gozarás y frescos fríos*». — *Hyblaeis apibus*. Inaequales soni hujus versus, susurrum apium circum salices volitantium imitantur. Felicius tamen in sequenti versu. *Saepe levi somnum suadet inire susurro*. (6) *Hybla* mons erat Siciliae, thymo ad mellificia clarus: synecdoche.

Gradatim ad crescere harmonia: *Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras*. In postremis vero se ipse poëta superasse videtur: *Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes, Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo*. Columbarum gemitus, experientia teste, cominus cum auditur, surdus est et raucus; eminus tamen dulcior evadit. Vide quam recte differentiam notaverit Vergilius in tam sublimi pictura.

H. MARTIJA. C. M. F.

(*Sequar*)

(1) Versus 18: «*Saepe sinistra cava praedixit ab ilice cornix*», in optimis editionibus, ut *Ribbeckii* (Teub. Lipsiae, MCMXVIII) deest. — (2) **Ruaeus**, *Vergili Opera cum notis*, p. 3. Ed Venetiis, MDCCCLXXIX. — (3) Cfr. supra, ad vers. 6. — (4) **Michaud**, *Comment.* cit. ab *Hidalgo* in opere *Las Eglogas de Virgilio, Notas*. Bibl. clás. Madrid, 1879. — (5) Cfr. Ecl. VII, 13; et *Georg.* I. 482. — (6) **Horatius**, *Ep. II*: «*Fontesque limphis obstrepunt manantibus, Somnos quod invitet leves.*»

EXERCITATIONES SCHOLARES

Censorinus Palaestritis suis

Ut coddie majorem in scribendo curam adhibeatis, adulescentes optimi, quasdam vobis tradam elegantiae regulas, quibus regamini in scholaribus exercitationibus conficiendis:

Regula I. *Perspicuitas in oratione.* Perlegenti quorumdam scriptorum lucubrations, saepe solet accidere ut cum ad talos advenerit, iterum ad verticem, ut ajunt, redire debeat, quia parum admodum aut nihil intellexisset. Quam ob causam? Ob perspicuitatis defectum. Praecipue autem qui primum latine scribere temptant ea, sive propria sive aliena, minime censem probanda quae

primo visu ceperint in Latinitate medio-criter versati. Hinc syntaxis illa obscura, plerumque contorta, quae illis Quintiliani nostri verbis omnino repugnat (Inst. Orat., I, 6, 41): «oratio vero, cuius summa virtus (*cualidad*) est perspicuitas (*transparencia*), quam sit vitiosa si egeat interprete?». Vos ergo primam hanc perspicuitatis regulam tenere in scribendo satagite.

Die Falschheit der Katze

Ein Pädagog dem kleinen Wichte anschaulich macht den Unterricht und so bei der Naturgeschichte vom Haustier er erklärend spricht:
Von Falschheit zeugt der Katze Leben von Tücke und von Hinterlist.
Kannst du mir wohl ein Beispiel geben, dran ihre Falschheit kennbar ist?
Der Kleine gibt sich nun ans Raten, ist mit der Antwort schnell bereit:
Sie gibt sich aus für Hasenbraten, besonders zu des Winterszeit.

I

De felis fallacia

Praeceptor quidam parvulo explanans late lerido naturae rerum genera infit de fele femina:
Haecce dolosa bestia malitiosa callida!
Exemplum tune proferas, ejus quo nota pravitas?
Tum puer alte reputat, responso prompte recitat:
Assum se fingit leporem aetate inprimis hiemis!
Felina haecce narratio occurrat tibi in animo cum leporinis diffilis inopinatus gaudiis.
At, censor, tu versifici misereare miser! (1)

CAROLUS KULLMANN

Alumnus 1.^{ae} inferioris

Steylla in Hollandia.

(1) Nihil est quod tui me misereat cum lepidam narratiunculam non sine lepore verteris. Majore tamen esset in pretio versio tua si jambico, non libero, usus esses metro. Te vero Germanum alumnū in Palaestram nostram primum descendisse vehementer celebramus, dum alios istius terrae et alumnos et magistros exspectamus. Vale.

PER ORBEM

Bibliotheca classicorum «VOLUNTAD». Paucis abhinc mensibus bibliothecam Hispano-Americanam classicorum Graecorum et Latinorum primo Sofoclis volumine «Aedipo Rege» edere incepit Domus «VOLUNTAD». Luggenda sane erat Hispani populi penuria atque egestas in his quae ad Latina studia spectant, maxime aetatem illam insipientibus qua Vives Nebrissensis, Stunniaga et centum alii nomen Hispanum evexerant et tempora suscitarant Senecae philosophi, Martialis poetae, Quintilianus rhetoris. Nunc autem Bibliotheca classicorum «VOLUNUAD» et nostram pristinam gloriam revocabit et novam cultus classici periodum instaurabit. Bibliotheca haec opera omnia complectitur Classicorum sive hi Latini erunt sive Graeci, sive Christiani sive pagani, qui in arte dicendi vel cogitandi floruerunt, et in ea Budeanae et Bernardiana conlectionum nitiditas, vis critica Teubneriana et Anglicae «Loeb Classical Library», atque Italiae «Corporis Patavianus» adnotacionum copia efulgebit. Ab aliis differet conlectionibus quod textum iis rebus depuratum praebebit quae morati homines fugiunt. Hoc laudabili et piissimo consilio libri omnes Ecclesiasticae censurae subjecientur, ne quis in eis offendicula reperiat.

Libri hac ratione se habebunt: post brevem auctoris vitam scriptique vices, textus in dextera pagella adferetur, notis variationum praecipuarum auctus, in sinistra vero versio Hispanica una cum historicis, archaeologicis et mythologicis adnotationibus.

Arduum quidem opus domus «VOLUNTAD» adripuit, sed peritia et diligentia Drum. L. Segalá et P. Errandonea, hujus negotii propulsorum, aliorumque virorum nomine atque arte conspicuum, ei prosperum auguramur exitum.

Primo volumine Sophoclis P. Errandonea edito. sub typis manent ex *conlectione Graeca*: Antigonas, Sophoclis (Errandonea) et Iliada Homeri (Segalá): ex Latina vero; Opera omnia Vergilii (L. Riber), Bellum Gallicum Caesaris (E. Echauri). De amicitia, De senectute. De officiis Ciceronis (P. Font) et Ab Urbe condita T. Livii (J. M. Ruano). *Praeparantur ex conlectione Graeca*: Ethica Aristotelis (Carreras) et Poetica ejusdem (A. Guala); Philoctetes et Ajans Sofoclis (Errandonea); ex conlectione Latina: Bellum Catilinarium Salustii (J. M. Pavón) et Satyrae et Epistulae Horatii (J. Vallejos).

Exspectamus fore ut una cum Classicorum bibliotheca conlectiones adparant scholares. Has magistri expostulant vehementius, quae etiam alumnis erunt commodissimae.

Templum in Colonia Tarracensi Augusto dicatum.—D. M. Pippidi articulum recens scripsit hoc modo inscriptum: «Note despre cultul imperial» in quo sensum inquirit verborum Cornelii Taciti in l. I Annalium c. 78: «Templum ut in Colonia Tarracensi strueretur Augusto, potentibus Hispanis permisum, datumque in omnes provincias exemplum».

M. Pippidi sistit in sententia Konerman dicens Tacitum loqui de *primo templo provinciali Divo Augusto dicato post ejus apotheosicum triumphum*. Igitur sententias rejicit Mispoulet, Beurlier, Nipperdey et Marchetti, juxta quos in fragmanto Taciti agitur aut de *primo templo* publica auctoritate erecto in *universis Imperii provinciis* (Mispoulet) aut de *primo templo respectu Hispanarum provinciarum* (Beurlier); aut de *primo templo publice Imperatori consecrato* (Nipperdey); aut de *primo provinciali templo D. Augusto dicato* (Marchetti). (Revista Clasica-An. 1930 Jan. Martie)

J. M. JIMÉNEZ, C. M. F.

Bibliographia

J. Carcopino, Virgile et le mystère de la IV Eclogue, L'Artisan du livre, Paris, 1930.

Eximii Professoris opus inter plurimas easque dissertissimas de IV Vergilli Ecloga editas elucubrationes adnumerandum est. Tribus partibus constat: I. *La mystique*. II. *L'histoire*. III. *La vérité de l'Eclogue*. Nulla otiosa introductione, textum hujusce Eclogae adeo inter criticos disputatae praemitti, ejusque pulcrum in Gallicam linguam versionem, cuius tamen imperfectionem ipsem et auctor sincere fatetur (p. 9). Textus fere totus accipitur a Hirtzel, Plessis, et Goelzer: notanda interpunctio versuum 12-13:

«et incipient magni procedere
[menses,
Te duce. Siqua manent...»

Sed totus hujus libri scopus est, ut Eclogae mysticismum penitus revertat. Plurimi hodierni auctores idem sibi proposuerunt. Carcopino vero ab omnibus dissentit: Ecloga, si ei fidas, non est nisi hymnus genethliacon filii Pollio nis, undique Neopithagoreismum redolens. Ergo ruit Messianismus, ruit millenarismus, omnes hypotheses raunt. Nec stat Marcellus, filius Octaviae, nec Alexander Helios, filius Antonii et Cleopatrae, nec alii omnes qui excogitati sunt ut «puer» ille aliquo nomine historico insigniretur. Non pauci sunt quibus Jesus Christus in hac Ecloga plus minus innui visus sit. Jam inde a Constantino Imperatore, Lactantio et Augustino, plurimi et clarissimi auctores hanc sibi asciti sunt sententiam: sic Jos. de Maitre (1), sic Sal. Reinach (2), Victor Hugo (3); sic Mayer Warde Fowler et Conway (4); sic Lietzmann, Norden et Boll. Attamen Carcopino in omnes insurgit. Sed inmerito, nostra quidem sententia. Admirationem quidem rapit multiplex illa eruditio et ingenii acutitas quibus auctor historiam, literaturam, chronologiam, astronomiam ad suam opinionem vindicandam adducit, ut Eclogam cum doctrinis Neopithagoricas prorsus consentire ostendat, rejiciendamque hypothesisim Messianicam. Sed manet cardo difficultatis, nam principium ejus fundamentale est: «il n'y a pas un vers, où apparaisse l'idée que l'enfant soit un Sauveur par qui le monde sera rénové», (p. 23), sieque explicat versus 8-10:

«Tū modo nascenti pūero, quo
[(nascente) ferrea primum
Desinet ac foto surget gens aurea
[mundo,

Casta, fave, Lucina...»

explicans illum ablativum quo quasi sit ablativus concomitantiae, non vero instrumenti, quia: «en règle générale, l'ablatif d'un nom de personne employé sans préposition doit être traité comme un ablatif absolu qui

(1) Soirées de Saint-Pétersbourg, XI entretien. — (2) Cultes, Mythes et Religions, II. — (3) Voix interieures, XVIII. — (4) Vergil's messianic eclogue, London, 1907. — (5) Riemann-Ernout, Syntaxe Latine, Paris, 1927, p. 156. — (6) Vide, sis, Riemann-Lejay, Syntaxe Latine, Paris, 1920, p. 151; Menge, Repetitorium des Lateinischen Syntax und Stilistik Wolfenbuttel, 1914, p. 106. Cf. Cic. Mil. 18, Flacec. 63, Cael. 34, Nep. Dion. 5, 5, Liv. 3 37, 6; Hor. epist. 1, 1, 94. — (7) Serv. h. l. III, 1, p. 45 Thilo. — (8) Sal. Reinach, op. cit. p. 84. — (9) Epiph. Haer. II, 22.

rejoint naturellement l'ablatif d'accompagnement» (5). Quod parum probare videtur nam regulas generales non semel fugiunt poëtae. Et re vera, haec constructio ablative instrumentalis non abest a sermone Latino: «convincere aliquem testibus, cavere praedibus, obsidibus» (6) quas locutiones esse legitimas nenio neget. Parvi facio quoque sententiam Servii dicentis (7): «quo, deest nascente» ut pote qui continuo subjungit. «nam hoc dicit: fave ei. Lucina, cuius ortus saecula inmutabit. aurea scilicet ferrea» ubi nos confirmat, quidquid dicat Carcopino.

Ergo «puer» vere est saeculorum renovationis auctor, non merus comes aut exspectator. Mire quidem explicat Carcopino thesim suam, quin tamen excludat contrariam, immo haec probabilior nobis videtur.

Praetereo totam Eclogam examini subdere, aliaque testimonia adducere ex quo nova argumenta effluenter. Forsan, Deo favente, serius locus disceptandi subpetet ac tempus.

Non adserimus tamen Vergillum fuisse prophetam, aut primum Christianorum, ut placuit Lactantio, nec hanc ecl. esse «la première en date des œuvres chrétiennes» (8), nec versum 6 unum cum illo Aegyptiorum hymno: ταῦτη τῇ ὥρᾳ σήμερον ἡ πόρη ἐγέννησε τὸν Αἰώνα. (9)

A. Musoll, C. M. F.

INPRIMI POTEST.

Nicolaus García, C. M. F.
Sup. Gralit.

NIHIL OBSTAT

Clemens Ramos, C. M. F.
Censor

INPRIMATUR

Valentinus, Episc.

Typographia F. Camps Calmet. — Tarregae

COURS DE LATIN

{ Ch. Georgin
H. Berthaut

1.^o Classes de Première Supérieure, de Première et de Seconde.

a) Grammaire complète et Stylistique; b) Gallus Discens, III. Recueil de 670 exercices, versions et thèmes adaptés à la Grammaire complète; c) Livre du Maître. Corrigé des exercices du *Gallus discens III*.

2.^o Classes de Troisième et de Quatrième.

a) Grammaire simplifiée; b) Gallus Discens II. Recueil des exercices correspondant à la Grammaire simplifiée; c) Livre du Maître. Corrigé des exercices du *Gallus Discens II*.

3.^o Classes de Cinquième et de Sixième.

a) Grammaire Élémentaire et Exercices (*Gallus Discens I*); b) Livre du Maître. Corrigé des exercices du *Gallus Discens I*.

Librairie A. Hatier, 8, rue d'Assas, PARIS (VI^e)

Curación Externa del Dolor

Lápiz Termosán

Suprime rápidamente el Dolor o la congestión atacando la inflamación. Se presenta en forma de una barrita de facilísimo empleo. Olor agradable. Se aplica tal cual se presenta sin tener que hacer ninguna preparación previa.

Se vende en las principales Farmacias al precio de ptas. 4'25 el tubo. Remitiendo su importe en sellos correo o giro postal se manda certificado dirigiéndose al Depósito General: Ramón Sala, calle París, 174 - Barcelona.

CANDIDATUS LATINUS

Internus ad Linguae Latinae
Studium apud Scholasticos
nostrates colendum Commentarius

Omnis "Candidati Latini" fasciculi qui ab ineunte
anno 1928 usque ad 1930 privatim prodiere (12 vi-
delicet fasciculi) pretio veneunt:

Soluti. 10 pessetarum
In tela eleganter consuti. 12'50 "

Petitiones ad "Palaestrae Latinae" Administratorem

NUMMARIA (BANCA) ARNÚS

Fundata an. 1846

Sedes centralis: Plaza de Cataluña, 23
BARCELONA

Omnia pertractantur quae propria sunt
nummariae, bursae, collybi, valorum,
faeneraticiae, girorum

Sedes secundariae: Ba-
laguer, Berga, Figueras,
Gerona, Granollers, Igua-
lada, Lérida, Manresa,
Mataró, Olot, Puigcerdá,
Seo de Urgel, Solsona,
Tárrega, Tremp, Vich.

Actuariae (Agencias):
Agramunt, Artesa de Se-
gre, Bañolas, Gironella,
La Bisbal, Mollerusa, Po-
bla de Segur, Pons, Port-
Bou. *Subactuaria:* Calaf.

SEDES CERVARIENSIS: Vírgenes, 32. - Tel. 29

"LA FIESTA SANTIFICADA"

Folium est parochialibus valde simile, instituens, amoenum, imaginibus
conlustratum, quod singulis diebus Dominicis ac Festis de pracepto
prodit. Subscriptionis preia per annum

A 5 ad 100 exemplaria 1 peseta in singulas series

Alia de pretio minuendo ad plura quam centum obtainenda exem-
plaria quaerantur oportet ab:

Arz. P. Claret, 47-Barcelona : Avenida Siglo XX, 74-Zaragoza : Universidad de Cervera (Lérida)